

maior impulsus. Quod autem ille impulsus sit necessarius, euidens ratio est, quia nihil mouetur à se, lapis vero exiens à manu non iam amplius mouetur à manu, neque à se; ergo ab aliquo alio; sed certe à nullo alio, nisi à quadam qualitate motiva sibi impressa, quæ qualitas dicitur impulsus impressus non ipsi aéri, sed mo-

projiciens est absens, impulsus facit, quod faceret, si præsens esset ipse projiciens.

*Secundo.* Illud est instrumentum, iuxta

*Secundū.*

communiorem opinionem Physisorum, quod non agit propriæ virtute, sed impulsus mouet lapidem in virtute projiciens, ergo est causa instrumentalis motus violenti lapidis.

*Num. 14.*  
*Motus refi-*  
*lientie, cau-*  
*satur à ve-*  
*teri impuls-*  
*is.*

*Resolutio quinta:* Verisimiliter est motum resilientiam causari ab impulsu veteri, id est ab impulso causato à projiciente, non vero ab ipso pariete. Probatur communiter *primo*, quia res immota non potest aliquid producere, at paries in illo casu est quid immotum, ergo non producit nouum impulsum. *Secundo* impulsus productus à projiciente est potens vltieris progressi, si non obstat paries; paries vero non illum destruit impulsum, ergo ille impulsus à projiciente impressus, est potens causare motum illum resilientiam.

Quod si dicas: pila suo motu lapsa in terram reflit, qui motus non potest dici causatus, nisi à terra.

Responde Ruius illum motum resilientiam à diuersis prouenire causis; non tamen ab impulsu causato à corpore reflectente; prouenit enim ab aliquali impulsu causato per decisionem pilæ de manu: Deinde ex leuitate lanæ: demum, quia lana est porosa, multum aëris in ea includitur; aës autem est maximè leuis; unde facile eleuat pilam sursum: additæ quod figura orbicularis pilæ ad hoc multum conducit.

Hic inquirunt, an in eo instanti, quo reflectitur pila projecta in parietem, detur quies; seu viuenter saliter, an in motu reflexionis detur quies? quam difficultatem pro dignitate examinat, & resolutio Ruius distinguendo varios motus reflexionis. *Primo* datur reflexio naturalis, qualis est dilatatio, & restrictio motus cordis; & certè in hac reflexione datur quies; postquam enim dilatatum est cor, interponitur quies, antequam restringatur: imò pessimum est signum, quando nimis velociter dilatatur, ac restringitur.

*Secundo* sic intelligi potest, v. g. quando paruum corpus sursum projectum, illudque corpus ita projectum reperit magnam mollem, à qua repercuditur, an inter illum motum sursum, & motum deorsum illius parui corporis, intercipiat quies?

Respondeo negatiū; quia si interciperetur quies, illa magna mole repercutiens deberet quiescere ad quietem illius parui corporis repercussi; at nemo dixerit magnam illam mollem quiescere in medio aere.

*Tertio.* Intelligi potest v. g. de pila in parte. *Ter-*  
tem projecta, & ab ipso repercussa; an in illa re-  
percussione detur quies?

Respondeo cum distinctione; si enim duo-  
rum illorum corporum unum sit perfectè sphæ-  
ricum, & aliud perfectè planum, non dabitur quies: Ratio est, quia si daretur quies, in illa quiete daretur vacuum, nempe non esset aëris in-  
terceptus inter vitrumque corpus; at vero, si ea corpora non sint huiusmodi, dabitur quies, quâ durante quiete aës recedit, & succedit aliud, quæ recessio & successio non potest fieri in instanti, ergo debet dari quies; quod tamen non accidit,  
quando

*Prob. primæ.*

*Secondo.*

*Tertiæ.*

*Quartæ.*

*Num. 22.*  
*Causa im-*  
*pulsus est*  
*ipse projec-*  
*tio.*

Quod probatur *primo* experientia: ali-  
quis existens in naui demittat paleam in aquam,  
si sit minimus ventus in contrarium, palea defe-  
retur in contrarium cursum ab ipsa naui; at si  
impulsus ducens naum est aëri impressus,  
aës deduceret illam paleam in eundem cursum,  
quo deducitur naus. *Secondo* impossibile est,  
quod v. g. globi tormentarij tantas causent rui-  
nas, solummodo mediante aëre commoto, ita vi-  
euuntant monia, Ciuitates, &c. *Tertiæ* Corpus  
diuisibile, & fluidum non potest ingens sustine-  
re pondus, sed aës est corpus maximè diuisibile,  
& fluidum; ergo impossibile est, quod tam in-  
gentia pondera sustineat, qualia sunt globi tor-  
mentarij. *Quarto* naus in contrarium ventum  
procedens non potest deferri per impulsus aëri  
impressum; alioquin naus deberet sequi motionem aëris, & sic semper eadē parte, quâ de-  
ferrut aës, deberet & naus, eā parte ferri, cuius  
contrarium videmus contingere: non nego ta-  
men, quin si aës ducatur à vento in eam partem,  
in quam naum dedit impulsus, quin inquam  
hoc adiuuet impulsione naus. Confirmaturq;  
nostra resolutio, ex eo quod pro contraria opi-  
nione nullæ sint apparentes rationes.

*Resolutio tertia.* Producitur impulsus ab  
ipso projiciente mediante motu locali. Hoc patet,  
qui projiciens, nunquam projectet lapide-  
m, nisi moueret manum localiter; vnde ille  
quidem impulsus non est primarius effectus mo-  
tus localis, quia primarius motus localis effectus  
est ipsum vbi, sed producitur impulsus veluti se-  
cundariò à motu locali; projiciens inquam,  
mediante motu locali, causat impulsum ordinaria-  
rè loquendo: dico ordinariè loquendo, quia  
magnes attrahit ferrum, illudque mouet absque  
impressione impulsu producere beneficio motus  
localis; sed per attractionem sympatheticam: &  
hæc Resolutio fatis manifesta est.

Producitur autem impulsus eodem modo,  
quo accidentia naturalia, nempe educitur de  
potentia subiecti; sicut enim forma substantia-  
lis educitur de potentia materiæ, ita & forma  
accidentalis educitur de potentia sui subiecti:  
quare impulsus educetur etiam de potentia sui  
subiecti, nempe rei, cui inheret, quæ res est ip-  
sum mobile, v. g. dum lapis mouetur in aëre  
sursum, impulsus quidem ipsum mouer, qui im-  
pulsus eductus est de potentia sui subiecti, nem-  
pe ex ipso lapide.

*Resolutio quarta.* Impulsus est tantum cau-  
sa instrumentalis motus projectorum. Proba-  
tur, quia quod tenet locum alterius in operatio-  
ne est tantum causa instrumentalis illius; sed  
impulsus tenet locum alterius, nempe projec-  
tientis. Maior patet, minor ostenditur; nam id  
facit impulsus, quod faceret projiciens, si ades-  
set præsens; sed projiciens, si adesset præsens, mo-  
ueret lapidem absque impulsu; ergo quando

*Num. 23.*  
*Impulsus est*  
*tantum cau-*  
*sa instru-*  
*mentalium ip-*  
*suum motus.*

*Prob. primæ.*